eo recidisse fortunae, aut certe in peiorem, quam illi praedixisset.
Ipsis ita pro voluntate confectis, relicta Saxonia, proficiscitur
Carolus in superiorem Germaniam, curatque in medio vehi exercitu
et Saxonum et Hessorum captivos. Ille mille, hic vero quingentis
Hispanis stipabatur, veniteque utrumque primum Ulmam, deinde Augustam
Vindelicorum, ubi de rebus Germaniae nunc comitia habet.
Haec sunt, mi domine, quae scribere potui de hoc ultimo protestantium
bello. Si licuisset, tempusque datum fuisset, copiosius rem potuisse
depingere: quidquid autem id sit, tibi scriptum capio, ut qui de
meo destinato Assendolphio optime meritus sis, eritque id mihi
gratius, si aliquando opportunum fuerit. Vale, mi domine,
vir doctiss. Blesae ad intersignium Leporis commorantis. anno. 1547.
die septemb. 28.

Florentius Junius famulus
domini paratissimus.